



**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Quæstio 6. Vtrùm Sacerdos, qui habens copiam Confessoriis ex malitia celebravit, non præmissâ mortalium confeßione, teneatur postea quam primum confiteri? ubi de præcepto Tridentini?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

QVÆSTIO VI.

Utrum Sacerdos, qui non habens copiam Confessoris, urgente necessitate celebravit, non præmissa mortalium confessione, teneatur postea quamprimum confiteri?

1. **C**onveniunt ferè omnes Doctores, quod si ex malitia, habens copiam Confessoris noluerit confessionem præmittere, non teneatur postea quam primum confiteri. Ratio est, quia præceptum Tridentini sess. 13. c. 7. hunc casum non comprehendit: solum enim ait, *quod, si necessitate urgente (deficiente copia Confessoris) Sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quamprimum confiteatur. Ergo quando, absque necessitate, habens copiam Confessoris, non præmissa confessione, celebravit, non ligatur præcepto Concilii. Sic tenent M. Nugnus de Sacram. tom. 2. quæst. 80. art. 4. diff. 4. concl. 3. ubi sic: *Laicus non habet tale præceptum; atque adeo non teneatur confiteri in præsentī casu: neque Sacerdos, quando celebravit sine confessione ex malitia, vel negligentia, vel quia non est recordatus peccati mortalis, quando celebravit. *Sic M. Nugnus, quem sequitur Illustris P. M. Arauxo Episcopus Segovienensis in 3. p. q. 80. art. 4. nu. 29. ibi: *Si ex malitia extra illos casus sine prævia confessione celebret, non debet statim confiteri, aut si non celebret, sed laicorum more communicet; & idem de laicis dicendum est, etiam in prædictis casibus, in quibus licet, non præmissa confessione, communicare. *Hæc M. Arauxo.

2. Idem tenet Thomas Hurtado ex Clericorum Minorum Familia to. 1. tract. 3. cap. 1. resol. 14. n. 62. Ubi citatis pluribus concludit: *Conveniunt omnes isti Doctores citati, Concilium loqui solum, quando necessitate urgente, cum non sit copia Confessoris, existens in peccato mortali Sacerdos celebrat: (attende) non verò in aliis casibus oblivionis, aut malitiæ, & similibus. *Sicille.

3. Et hanc sententiam esse communem testatur illam defendens Leander à Sacram. to. 2. tract. 7. quæst. 51. & sequitur plures citans Dianap. 9. tract. de Confessione ante Eucharist. resol. 26. ubi inquit: *An Sacerdos si voluntariè non confessus celebret, teneatur quamprimum confiteri? *Cui sic responder. *Ego puto, negativam sententiam tenendam esse; & ita tenet, me citato, Leandrus, Stephanus à Sancto Gregorio, Suarez, Mercerus, Granada, Arauxo, Filiucius, Nugnus, & alii communiter. Probatur, quoniam nullum est tale præceptum, nisi impositum à Tridentino, sed in illo tantum fit mentio de Sacerdote celebrante sine confessione, urgente necessitate, ergo in aliis casibus non est talis obligatio. Patet, quoniam præcepta pœnalia non sunt extendenda magis, quam sonant. *Sicille. Quibus adde Joannem Sanctium in Selectis, disp. 32. nu. 12. in fine. Villalobos in Sum. tract. 7. diff. 37. num. 9. Franciscum de Lugo de Sacram. lib. 4. cap. 6. q. 8. num. 70. & ante illum, fratrem ejus Eminentissimum Cardinalem de Lugo de Sacram. Eucharist. disp. 14. sect. 7. num. 150. *Quia Concilium, inquit, aperte loquitur de illo, qui, necessitate urgente, celebrat, & in his præceptis positivis non debemus

Machado tom. 1. lib. 2. p. 4. tract. 8. doc. 3. num. 3. fol. 381. *mas de diez y seis Autores lo afirman, *quos citatos sequitur Leander à Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 7. q. 18. inter quos refert Dianam p. 5. tract. 14. resol. 6. sed Dianap. 9. tract. 7. disp. 7. q. 18. ubi contrarium tenet. Refert etiam illum p. 9. tract. 3. resol. 8. sed hic excusat ratione scandali. *Nam difficile (inquit) videtur in tali scandalum vitari posse. *Casu autem quo nullum prudenter timeatur, id ibi non tradit.

12. Cæterum 3. p. tract. 4. resol. 77. de Sacerdote, qui statim post introitum recordatur peccati mortalis, id tenet cum Soto, Victoria, & aliis; quos refert, & sequitur Leander supra quæst. 16. Quod quæst. 7. extendit ad Sacerdotem existentem in altari, si antequam inchoet Missam, recordetur culpe mortalis. *Quia si laicus, inquit, potest Eucharistiam sumere, casu quo jam sacræ mensæ communicatur assistens recordetur alicujus mortalis non confessi, etiam præcisè omni nota, & periculo infamiæ, ut statim dicemus; Quare hoc idem nequit Sacerdos, si hoc illi acciderit, jam in altari ad sacrificium celebrandum existeret: Sic debent à fortiori sentire Sotus, & Granados locis citatis, ubi absolute dicunt, quod si Sacerdos Sacerdotalibus vestibus indutus, recordetur peccati mortalis, & non habeat in promptu Confessorem, possit celebrare. *Sic Leander, & consequenter quidem.

12. Sed huic ego opinioni assentiri nunquam poterō, quia, ut prædixi, seclusa nota, & scandalo, non est sufficiens excusatio à præcepto divino præmittendi confessionem læthaliū ante communionem. Et ita sentiunt communiter Doctores cum D. Thoma 3. p. q. 83. art. 6. ad 2. ubi sic ait: *Si ante consecrationem alicujus prædictorum sit memor (nempe aliquid comedis, vel bibis, vel peccatum aliquod commisisse) rursus reputarem, maxime in casu manducationis, & excommunicationis, quod Missam inceptam defereret, nisi grave scandalum timeatur. *Nec video (ut supra animadverti) cur Sacerdos, si ante consecrationem recordatur, non esse jejunum, teneatur Missam captam dimittere (ut ex communi sententia tradit ipse Leander) ratione præcepti non communicandi, non præmissio jejunio naturali; & non teneatur recedere ab altari, quando absque nota & scandalo potest, si recordetur non esse confessum, ratione præcepti non communicandi, non præmissio læthaliū confessione: cum hoc divinum fortius, & antiquius præceptum sit? Non me latet, Eminentissimum Cajetanum, M. Fumum, M. Paludanum, & M. Baltanas olim tenuisse, præceptum præmittendi confessionem ante communionem non obligare sub mortali. Verum hæc sententia falsissima, & perniciosissima est contra D. Thomam, & omnes Theologos, & à Tridentino explosa; imò & ut hæretica damnata. Ut ait ex eodem instituto M. Joannes Baptista Corradus 2. p. q. 469. licet alii ab hac nota immunem esse contendant, Petrus de Soto, Victoria, & Canus, apud Amadæum tract. de Eucharist. prop. 3. n. 8.

debemus arguere de uno casu ad alium. * Sic ille. Et antea Bonacina de Sacram. Eucharist. disp. 4. quest. 6. p. 1. num. 38. dicens: * Hinc primò colligitur, Sacerdotem, qui ex sua malitia celebravit in peccato mortali, non præmissa confessione, non teneri quamprimum post celebrationem confiteri: Hic enim non dicitur celebrasse urgente necessitate, sed ex malitia: Tridentinum autem loquitur de Sacerdote celebrante ex necessitate, absque præmissa confessione. * Sic loquuntur Doctores, quos sequitur Mascarenhas de Sacram. tract. 4. de Eucharist. disp. 5. cap. 6. nu. 212. fol. 236. Quem Theologaster nescio quis ob hanc opinionem fugillavit.

4. Sed ex dictis non solum deducitur, opinionem Patris Mascarenhas esse communem, sed illationes ex eodem principio satis favorabiles admittendas. Cum enim Concilium sess. 13. cap. 7. solum declararet, necessarium esse, * ut nulus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa Sacramentali confessione ad Sacramentum Eucharistiae accedere debeat, &c. modo non desit illis copia Confessoris (& præcipiat). Quod sine necessitate urgente Sacerdos, absque prævia confessione, celebraverit, quamprimum confiteatur. * Ex his, inquam, ultimis verbis aperte procedentibus de Sacerdote sibi conscio peccati mortalis, non habente copiam Confessoris, & idèò, necessitate urgente, absque prævia confessione celebrante, deducunt Doctores, non esse præceptum quamprimum confitendi, quacumque ex dictis conditionibus deficiente. Quia lex penalis non est de uno casu ad alium extendenda.

5. Unde inferitur primò, non ligare hoc præceptum laicos, nec Sacerdotes non celebrantes, sed more laicorum communicantes; nec illos, qui peccati mortalis consci non fuerint, licet ex culpa gravi, ex defectu examinis id evenierit: nec qui habentes copiam Confessoris non præmittunt confessionem, antequam celebrare incipiant; nec qui, dum celebrant, recordantur peccati mortalis, non confessi, quod vel ob vitandum scandalum, vel aliqua probabili opinione ducti (licet possint tunc confiteri) licite omittunt: nec eos qui absque urgente necessitate, non præmissa confessione celebrant. Videatur Diana p. 9. tract. 3. resolut. 24. & seq. Leander à Sacram. tom. 2. tract. 7. disput. 8. quest. 48. & seq. & Bonacina ubi infra de Sacram. disput. 4. quest. 6. p. 1. a. num. 37. Qui pro his illationibus plures Auctores congerunt.

S. I.

Tridentini præceptum qualiter à nonnullis explicetur.

6. EST tamen gravis difficultas, quando Sacerdos non habens copiam Confessoris necessitate urgente, non præmissa lethalis confessione, celebravit; qua ratione intelligendum sit præceptum Tridentini, quamprimum confitendi: Nonnulli censuerunt, ibi solum præcipi, quod confiteatur suo tempore, seu antequam iterum celebret. Sic Molfessius in Sum. tom. 1. tract. 3. cap. 10. nu. 38. & ante illum Petrus Binsfeldius in Enchirid. Theolog. Pastoral. cap. 5. Quorum opinionem esse probabilem, saltem per principia extrinseca, dixit Diana eos citans 2. p. tract. 14. resolut. 60. licet postea p. 9. tract. 3. resolut. 23. dixerit cum Averfa, rejiciendam esse, nec probabilem ex stimandam.

7. Idem, quod Molfessius, tenet Thomas Hurta-

do tom. 1. variar. quest. tractat. 3. cap. 1. resolut. 14. bis: * Sacerdos, qui ex iusta causa, vel in iusta, non celebravit statim post Missam confiteri; sed sufficiens te primam celebrationem exequatur. Quod explicate in corpore resolutionis, dicens: * Sacerdos, qui ex carentia Confessoris, ad evitandum scandalum in peccato mortali celebravit. Solum ob hoc præcipitur confiteri antequam iterum celebret. Et his non est difficultas, quid denotent verba illa: quamprimum: Quibusdam asserentibus, significare, primum fuerit commoditas, & copia Confessoris. Sic Suarez, Vazquez, Sayrus, Sylvius, Nunez, Grola, Marchinus. Alii vero intelligunt illa verba, Quamprimum: hoc est, priusquam celebret. Sic Diana, Fagundes, Binsfeldius; Molfessius, & alii, quibus assentior. * Unde inferitur Hurtado, quod Sacerdos, qui necessitate urgente, sine prævia confessione celebravit in mortali, si priusquam secundo celebret, etiam si sit post annum, non confiteatur, dupliciter peccati est reus: * quia agit (inquit) contra duo præcepta; aliud divinum, quo obligatur, non accedere in peccato, aliud Ecclesiasticum latum in Tridentino de confessione faciendâ ante celebrationem secundam. * Sic Hurtado cum aliis.

8. Quibus adde Homobonum, quem citantur quitur Barboza de officio Parochi 1. cap. 26. n. 37. dicens: * Novissimè Homobonus de Bonis in Resol. quæst. 1. p. 2. resolut. 32. subdit, illud quamprimum confitendi arbitrio boni viri intelligendum esse, hoc est, primum iterum celebraturus est, ut post Regnum, Valentiam, & Suarez, resolvit Bonacina de Sacram. disp. 4. quest. 6. p. 1. nu. 22. * Sic Barboza non le pro hac parte adducit Jesuitas citatos, quia nullo eorum id asserit, imò nec Bonacina id idèò, sed contrarium num. 37. dicens ibi, teneri quamprimum confiteri. Quod num. 41. explicat, id est, tenet * quamprimum confiteri, post celebrationem. * Vnde auctorem aliquem contra refert. Unde et idem in Barbosa citationem, Amanuensis incurta erroris correxisset.

9. Pius addunt alii, nimirum, in verbis Tridentini nullum contineri præceptum, sed solum consilium quamprimum confitendi. Sic M. Petrus de Ledesma in Universalitate Salmantinis primarius Theologiae Cathedra moderator in Summa. p. tract. de Eucharist. cap. 11. ante conclus. 9. ubi sic scribit: * Aliquam enscannan, que el que cumulgo, sin que precede la confession, està obligado por precepto, luego en poniendo copia de Confessor, à confessarse. Y esto parece que significa el Concilio en el lugar citado, y esta sentencia es probable, hablando de los Sacerdotes, de los cuales habla el Concilio. Pero à mí me parece cosa muy mas probable, lo que tienen otros, que no es precepto. Porque no es precepto decir como es cosa notoria, ni tampoco es precepto decir no. Porque el Concilio tan solamente dice, y que tal luego en pudiendo comodamente se confiese, aquella palabra Se confesse, no tiene fuerza de precepto, sino de consejo. * Sic M. Ledesma. Cujus opinionis fundamenta jecit Cajetanus 2. 2. q. 180. in respons. ad 2. ubi sic ait: * De modo vero loquendi, puta, quia lex utitur imperativo modo, clare inquit, quod non inducit vinculum præcepti, modus enim huiusmodi imperium Grammaticè denotat, non imperio. * Quem sequuntur alii apud Diana p. 4. tract. 6. Miscell. resolut. 74. ubi inquirens: * An verò imperativus modi præceptum contineatur? * Respondet: * Pro-

ma opinio negat, supradicta verba imperativi facite, cavere (attende) abstineant, nemo audeat, &c. præceptum continere. Ita C. leus de lege pœnali, lib. 1. cap. 5. dicitur. 4. Cajetanus 2. 2. quæst. 166. (lege 186.) art. 4. (lege 9. circa solutionem ad 2. Carbo de legibus lib. 7. diff. 4. ad finem, & alii.*

10. Ideo sententiam Petri de Ledesma amplectitur Villalobos in Sum. tom. 1. tr. 7. de Eucharist. diff. 37. num. 7. ubi sic: * Et Sacerdote, que dicitur Missa sine confessoris, per necessitatem urgente, yno tener copia de Confessor, no esta obligado a confitersi luego, en ausendo oportunidad. Esta conclusion tengo por probable, y en practica se puede seguir. Tiene esta Ledesma con otros. El fundamento es, porque aungue el Concilio Tridentino dize, *Quamprimum confiteatur*, estas palabras no son de precepto, sino de consejo. Y por lo menos no son de precepto claro, lo qual es necesario, para que nos obligemos a peccato mortal. Y assi en practica se puede muy bien seguir esta opinio. * Quibus addo Ludovicum de S. Juan quæst. 7. de Eucharist. art. 7. dub. 2. fol. 264. & probabiliter putare videtur Diana 2. p. tract. 14. resol. 60. tur constare ex modo referend. Et sic probabilem tenet Cornejo tract. de Eucharist. quæst. 80. art. 4. dub. 3. p. 499. ut dicit Leander de Sacrament. tom. 2. tract. 7. diff. 7. quæst. 46. & ipse clarè probabilem judicat, quia solum ait: * Longe probabilius est, contineri in dictis verbis præceptum. * Et confentit, ut probabili Trullench lib. 3. cap. 6. dub. 4. num. 27. in fine. Et, quod mirabilius, hinc sententiam, ut magis communem refert, & sequitur Machado tom. 1. lib. 2. part. 4. tract. 8. dub. 3. in fine, fol. mibi 382. dicens: * Si bien Navarro afirma lo contrario, fundado en el Concilio Tridentino, que dize: *Quamprimum confiteatur*, palabras, que el juez induzen en precepto, assi a Sacerdotes, como a legos, y en quato a los Sacerdotes la sigue Suarez. Perola comun, como hemos dicho, es, que en unos, y en otros, son de solo consejo. * Sic ille citans Bassium verb. Communio, num. 39. sed aperte falsatur, dum communionem dicit.

§. II.

Vera sententia.

11. **C**eterum ejusmodi opiniones sustineri minime possunt. Non secunda, quia negare verba Concilii *quam primum confitendi*, continere præceptum de novo impositum Sacerdotibus, ex urgente causa, deficiente Confessario, non præmissa confessione celebrantibus, est contra communem Doctorum sententiam, & omnino rejiciendum. Verbis enim legis standum est, juxta communem Doctorum interpretationem. Hæc autem de præcepto ab omnibus fuisse intellecta, testatur P. Suarez tom. 3. in 3. p. diff. 66. sect. 7. * Ex tenore, inquit, verborum constat, quia ita sunt ab omnibus Doctoribus intellecta. * Ergo de mente Concilii præceptum imponere intendenti, dubitare non licet. Sed docent Vasquez tom. 4. in 3. p. q. 90. art. 3. dub. 3. num. 8. Hurtado diff. 9. de Euchar. diff. 7. Henriquez cap. 41. n. 4. Lugo diff. 14. n. 135. Filiucius tom. 1. tract. 4. nu. 221. Diana p. 9. tract. 3. resol. 32. & alii communiter. Quapropter novissime Summus Pontifex Alexander VII. tanquam scandalosam damnavit, & prohibuit die 18. Martii 1666. hanc propositionem: *Mandatum Tridentini sacrum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate, cum peccato mortali, confitendi quam primum, est consilium, & non præ-*

Paris II.

ceptum. Ex quibus constat, prorsus corruisse opinionem Petri de Ledesma, & Villalobos negantium præceptum.

12. Jam semel statuto, in verbis illis præceptum contineri; omni prorsus fundamento destituta est opinio Thomæ Hurtado, & sequacium assertum, ejusmodi præceptum solum esse, confitendi ante aliam celebrationem. Si enim ita esset, parum vel nil operantur verba Concilii, nec novum imponent præceptum. Certissimum enim est (& ex verbis præcedentibus ejusdem capituli septimi constat) eum, qui a mortalibus absolutus non est, quantumvis contritum teneri, antequam celebret confiteri, si copia Confessor non desit. Verbis ergo subsequentibus: *Quod si necessitate urgente Sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quam primum confiteatur*, frustra novum præceptum imponeretur, si nil de novo sub præcepto jungeretur. Ergo, *quamprimum confiteri*, quod specialiter Sacerdotibus præcipitur, aliquid involvit, quod, in verbis antecedentibus, Christianis omnibus, ut necessarium declaratum, non præcontinebatur. Hæc consequentia est evidens, & in posterum de eius veritate nemini dubitare licet: post decretum Alexandri VII. supra memoratum, in quo ut scandalum tam etiam damnavit, & prohibuit hanc propositionem: * *Ille particula quam primum intelligitur cum Sacerdos suo tempore confitebitur.* * Unde corruit opinio contraria num. 7. relata.

13. Si verò inquiras, quam latitudinem admittat dictio illa: *Quam primum*? Joannes Sanchez in Selectis, diff. 12. nu. 14. existimat, illico finita Missa, Sacerdotem teneri confiteri, pro qua citat Suarez, & Vasquez. Verum dictio illico, cui ly *quam primum* æquivalere dicitur, majore latitudinem admittit, ut videre licet apud Barbosam in Dictionario, dict. 149. ubi sic ait: * Interdum illud dicitur illico fieri, quod infra triduum fit, ut per textum in l. infra decem dies, C. Quomodo, & quando iudex, & in l. fin. C. de indic. videtur. tollend. tradunt Matcardus de Probat. concl. 1084. num. 10. Gonzalez ad Regul. 8. Cancell. gloss. 43. nu. 1. in l. l. gitur ipso jure, ut in l. ult. C. de iudiciis, notant Socin. regula 160. in 2. fallent. Ceterum sing. 7. Tirac. in l. si unquam, verb. Revertatur, num. 115. C. de revocandis donat.

14. Imò si Barbosam consulamus de propria significatione dictionis. *Quam primum*, respondet dict. 302. * Importat hæc dictio spatium trium mensium in magnis, & duorum in parvis, ut in l. fraudem, §. Fiscalis, ff. de jure fisci. Alberici in suo Dictionario in verb. *Quam primum*, & Specul. de allegat. & disput. 5. Post hoc autem, num. 9. in fine.

15. Ceterum hæc expositio in re præsentem admitti non potest: est enim latissima, & menti Concilii repugnans. Raro enim Sacerdos per duos, vel tres menses celebrare differt, unde hæc latitudo æquè odiosa est, ac opinio concedens verba *quam primum* solum obligare confiteri ante aliam celebrationem. Quod longissimè est à mente Concilii intendenti, quod statim Sacerdos ille confiteatur. Non tamen ided immediate, finita Missa, tenebitur, quia ut bene ait P. Sanchez lib. 1. de Matrim. diff. 51. ex Hostensi, Joanne Andrea, & Anchari. statim intelligitur fieri, quod intra triduum fit. * Quia in jure, inquit, dicitur in contenti aliquid fieri, quod intra triduum fit, l. fin. Cod. de errore advocatorum, l. 1. In contenti, id est, triduo; & l. final. C. de iudiciis, l. 1. Illico autem, & est, infra triduum. Et confect doctrina Baldi, & Felini cap. veniens el 2. de testibus nu. 15. in fin. Ripa lib. 4. §. Condemnatum, ad finem, ff. de re iudicata, Mandosi de Notariis, q. 31. numer. 8. ubi docent, dici in contenti

Oo

proba-

